Wissenschaftliche Beilage zum 7. Jahresbericht (Ostern 1908) über das
Mommsen-Gymnasium der Stadt Charlottenburg
Berlin W 62, Wormser Strasse 11.

Ehrerbietigst
d. Vf.

De Aristotelis Physicorum libri septimi duplici forma

scripsit

Ernestus Hoffmann.

Pars prior.



Friedenau 1908.
Druck von Hermann Brücker.

1908. Progr. No. 81.

In dissertatione mea ‚De Aristotelis Physicorum libri septimi origine et auctoritate pars prior' Berol. 1905 ex argumentorum huius libri specie et auctoritate docere conatus sum eum esse Aristotelis. de forma, qua nobis traditus est, hoc opusculo quid sentiam dicam.

In libri H omnibus capitibus[1] non solum multae lectiones variae et discrepantes inveniuntur, sed in quibusdam libri partibus prorsus diversae duae formae. et quaerentibus nobis, quomodo duplex haec exemplorum species orta esse videatur, perscrutantibusque, utram formam Alexander et Simplicius spectaverint, apparet iam commentatoribus illis eandem diversitatem in conspectu fuisse. ex Simplicii vero notis, cum nobis tria tantum capita duplici forma tradita sint, concludi potest in totius libri septimi omnes partes tum pertinuisse illam formae geminationem[2]. de cuius origine nihil apud illos invenimus.

Anno p. Chr. n. 1497 Aristotelis Physica primum graece prodierunt[3] apud Aldum. in huius editione libri H ea inerat forma, quam Bekker p. 243—248 infra apposuit. quam nos appellemus *β*. anno 1526 Simplicii in Physica commentaria primum edita sunt. quo libro primum alterius formae, quam supra scripsit Bekker, nonnullae partes prolatae sunt. hanc dicamus *α*. sed de discrepantia prioris atque posterioris exempli tum nihil videtur observatum esse. quod primum factum est anno 1531, quo Desiderius Erasmus Aristotelis opera denuo typis describenda curavit. ille per Simonem Gyrnaeum ut iure putat Spengel (p 314) de discrepantia monitus praefationis quodam loco ‚in Physicis, inquit, auscultationibus consulta sunt Simplicii commentaria et in huius argumenti libro septimo pro Themistiana paraphrasi reposita sunt ipsius Aristotelis verba idque ex auctoritate Simplicii.'

Erasmus formam Aldinae esse paraphrasin Themistii unde concluserit, apparet praefatione editionis Basileae a. 1550. nam ea praefatione editores, ut formam prioris exempli re vera Themistii, non Aristotelis probent, Simplicii[4] dictum affert, quo ille Themistium Physicorum librorum paraphrasi nobis tradita libri septimi caput primum secundique initium[5] silentio praetermisisse pronuntiat. Themistii igitur libri septimi paraphrasin initium capere ab eodem versu atque Aldinam Erasmus cognoverat et inde concluserat hanc formam atque illam paraphrasin unum atque idem esse. quam sententiam cum aliis de causis fluxam et caducam esse Spengel vidit, tum iam Alexandrum Aphrodisiensem utrumque illud exemplum cognovisse monuit. Alexander autem altero p. Chr. n. saeculo erat, Themistius quarto[6]. Simplicii vero commentariis docemur

---

[1] diss. p. 8 sq.

[2] Simpl. p. 1036,4.

[3] cf. L. Spengel ‚Über d. VII. Buch d. Phys. d. Arist.' Abh. d. bayr. Akad. d. Wiss. I Cl., III, Abt. 2. 1840.

[4] cf. p. 1036,15 et 1051,9.

[5] 243a 12—248a 9.

[6] facile alius quoque error subrepere possit, a quo liceat servem te: Simplicius dicit p. 1036,4 *‚διχῶς φέρεται κατὰ τὴν λέξιν'* et loquitur deinde de *‚ἀμφοῖν ἐξηγητῶν'*, quo dicto apparet formam quoque *β* interpretando explanatam esse. Alexander autem secutus est *α*, nonne fieri potuit, ut Themistius sequeretur *β*? verisimile videtur, tamen falsum est. Themistius semper ante oculos habuit formam *α*, etsi Schenkl aliter sentit, qui suae editionis p. 204 ad v. 9 annotat „*ἡ ῥίψις κτλ*] ab Aristot. 243a 20 ad vers. vulg. 244a 21 transit Them." eodem modo adhibet ad v. 15 quoque formam *β*, quamqam neutro loco neque intelligi potest, qua de causa Themistius, etsi omnibus aliis partibus sequi cum *β* Schenkl quoque non negat, his subito duobus versibus putaverit discedendum esse ab exemplo *α*, neque vero omnino ex codd. dictis suspicio quamvis exigua nasci potest. nam altero loco utraque Aristotelis forma a Themistii exemplo aequo modo differt [Th.: *ἡ γὰρ ῥίψις καὶ αὐτὴ ὑπὸ τὴν ὦσίν ἐστιν. σφοδρὰ γὰρ ὦσίς ἐστιν ἡ ῥίψις αὐτοῦ μὲν οὐκ ἐπακολουθοῦντος σφοδροτέρας ὑπὸ τῆς ῥύμης, ὅταν αὕτη γένηται τῆς κατὰ τὴν φύσιν κινήσεως τοῦ ῥιφθέντος. α: ἡ δὲ ῥῖψις, ὅταν σφοδροτέραν ποιήσῃ τὴν ἀπ' αὐτοῦ κίνησιν τῆς κατὰ φύσιν φορᾶς . . . β: ἡ δὲ ῥῖψις ὅταν θάττων ἡ κίνησις γένηται τῆς κατὰ φύσιν τοῦ φερομένου σφοδροτέρας γενομένης τῆς ὤσεως, καὶ μέχρι τούτου συμβαίνει φέρεσθαι μέχρι ἂν οὐ σφοδροτέρα ᾖ ἡ κίνησις τοῦ φερομένου*], altero utraque Aristotelis forma cum Themistio congruit, tamen si alteram tantum eligere vis, forma *α* sane praeferenda est, nam *α* et Themistius habent *τὸ ἔσχατον ἀλλοιοῦν*, *β*: *τὸ ἀλλοιοῦν ἔσχατον*.

totum septimum librum duplici forma tum exstitisse, non duo modo ea capita, quorum in illis editionibus annorum 1497 et 1530 discrepantia erat. Spengel autem — et hoc est alterum priore maius meritum — reliquorum trium capitum alterum exemplum requisivit.

Forma *α* nobis praecipue tradita est codd. Paris. 1859 (A), Paris. 1861 (B), Paris. 2033 (C), Bod. Misc. 238 (D).[1] *β* maxime tenetur cod. Paris. 1853 (E). reliquorum minores momenti codicum, quorum partem Bekker, partem Shute contulerunt — numero sunt viginti sex —, longe plurimi omnibus locis codicem E sequuntur, alii quamquam universe E secuti tamen partes quasdam receperunt formae *α*. cod. D Spengel cognitum non habuit, immo eundem fortasse codicem esse ac B opinatus est. sed usus est libro a Sylburgio edito, quo Morellii editio (a. 1561) repetita est. Morellius autem suae editioni huius codicis D ab aliis discrepantes lectiones addiderat. itaque factum est, ut Spengel huius codicis lectiones non ignoraret. hinc ille formam eorum capp., quae apud Bekkerum p. 241b24—243a12 legimus, plane atque aperte consentire cum Simplicii sententiis cognovit, ergo esse illam partem initium exempli *α*, formam autem huius partis quae est in omnibus ante factis editionibus initium esse exempli *β*. dubitandum non est, quin hoc vere inventum sit, quod forma ab omnibus editoribus ante prolata plane alia est atque ea, quae Simplicii sententiis subfuit. accedit quod Shute codd. A, B, C, quos capitum 2 et 3 exemplum *α* exhibere vidimus, eundem capitis primi textum habere ac Morellii codicem animadvertit. habemus igitur duas formas in iis libri H quas dixi partibus. de reliqua parte libri exemplum quod diximus *β* non servatum unumque tantum nobis traditum esse *α* Spengel putavit, Shute autem se plura quam ante cognita fuissent diversitatis indicia repperisse existimavit.

Quae res quomodo se habeat omnes concedent gravissimum esse diiudicatu, neque tamen difficile, sed longum, itaque veniam peto, si verbosius tibi loqui videar, et utile est iam hoc loco quaestionem solvi, praecipue cum adhibendus sit nobis, quia unus valet hac in re, Simplicii commentarius, cuius interpretandi rationem etiam propter graviores quae sequuntur quaestiones necesse est cognosci. quem cum comparamus, simul intellegimus, quanta sit inter illa duo exemplaria diversitas.

Ac primum quidem quaerendum est, quid iudicii feramus de discrepantibus inter se duobus exemplis ex Simplicii commentariis. et in diiudicanda prima libri parte (cap. 1—3) generaliter mihi compertum est illos duos libros esse traditos, quorum in Simplicii opere mentio fit. de formarum illarum discrepantiis multi parum recte iudicaverunt, inprimis Shute, qui putavisse videtur esse illas varias tantum ut dicere solemus lectiones. itaque ut ostendam, quanta sit formarum diversitas in cap. 1—3, nonnulla exempla afferam, et mediam quandam sequar viam, cum neque voces singulas sententiasque totas in altero libro omissas aut additas aut transmutatas commemorem neque tales locos afferam, quibus sententiae atque litterae alterius formae plane et aperte diversae sunt ab altera, ut multis locis in cap. secundo, quibus de motuum generibus agatur, nam ei loci, quos postea cognoscemus, plerumque non soli exstant, sed tota ut ita dicam vicina regio prorsus commutata est, ut nescias, quas alterius exempli sententias cum altero compares, praesertim cum ordines quoque quaestionum minime congruant.

α.	*β.*
	Cap. 1. 242a10:
ἀνάγκη ἄρα τοῦ ΓΒ μὴ κινουμένου ἠρεμεῖν τὸ ΑΒ. ὃ δὲ ἠρεμεῖ μὴ κινουμένου τινός, ὡμολόγηται ὑπό τινος κινεῖσθαι, ὥστε πᾶν ἀνάγκη τὸ κινούμενον ὑπό τινος κινεῖσθαι.	*δῆλον τοίνυν ὅτι τοῦ ΓΒ ἠρεμοῦντος ἠρεμήσει καὶ τὸ ΒΑ, καὶ τότε παύσεται κινούμενον. ἀλλ' εἴτε τὸ ἄλλο ἠρεμεῖν ἵσταται καὶ παύεται κινούμενον, τοῦθ' ὑφ' ἑτέρου κινεῖται. φανερὸν δὴ ὅτι πᾶν τὸ κινούμενον ὑπό τινος κινεῖται.*
	242b34:
οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ συμβαίνειν ἐξ ὑποθέσεως τὸ ἀδύνατον. ἡ γὰρ ὑπόθεσις εἴληπται ἐνδεχομένη, τοῦ δ' ἐνδεχομένου τεθέντος οὐδὲν προσήκει γίγνεσθαι διὰ τοῦτο ἀδύνατον.	*μηδὲν δὲ διαφέρει τὸ ὑποτεθέντος τινὸς τοῦτο δείκνυσθαι. τοῦ γὰρ ἐνδεχομένου τεθέντος οὐδὲν ἄτοπον ἔδει συμβαίνειν.*

[1] hos codices descripsit R. Shute, Anecdota Oxon. Class. ser. I.3, p. 169 sqq.

243 a 12: Cap. 2.

ὅσα μὲν οὖν αὐτὰ ὑφ' αὑτῶν κινεῖται, φανερὸν ἐν τούτοις ὅτι ἅμα τὸ κινούμενον καὶ τὸ κινοῦν ἐστίν. ἐνυπάρχει γὰρ αὐτοῖς τὸ πρῶτον κινοῦν, ὥστ' οὐδέν ἐστιν ἀναμεταξύ. ὅσα δ' ὑπ' ἄλλου κινεῖται, τετραχῶς ἀνάγκη γίγνεσθαι· τέτταρα γὰρ εἴδη τῆς ὑπ' ἄλλου φορᾶς.

243 a 21:

εἰ μὲν οὖν ὑφ' αὑτοῦ, φανερὸν ὡς ἐν ἑαυτῷ τοῦ κινοῦντος ὑπάρχοντος ἅμα τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον ἔσται, καὶ οὐδὲν αὐτῶν μεταξύ. τὸ δ' ὑπ' ἄλλου κινούμενον τετραχῶς κινεῖται. αἱ γὰρ ὑφ' ἑτέρου κινήσεις τέτταρές εἰσιν.

243 a 18:

ἡ μὲν γὰρ ἔπωσις ὦσίς τις ἐστιν, ὅταν τὸ ἀπ' αὑτοῦ κινοῦν ἐπακολουθεῖν ὠθῇ, ἡ δ' ἄπωσις, ὅταν μὴ ἐπακολουθῇ κινῆσαν, ἡ δὲ ῥῖψις, ὅταν σφοδροτέραν ποιήσῃ τὴν ἀπ' αὑτοῦ κίνησιν τῆς κατὰ φύσιν φορᾶς, καὶ μέχρι τοσούτου φέρηται ἕως ἂν κρατῇ ἡ κίνησις.

243 a 26:

τῆς μὲν οὖν ὤσεως τὸ μὲν ἔπωσις τὸ δὲ ἄπωσίς ἐστιν. ἔπωσις μὲν οὖν ἐστὶν ὅταν τὸ κινοῦν τοῦ κινουμένου μὴ ἀπολείπηται, ἄπωσις δὲ ὅταν ἀπῶσαν ἀπολείπηται, et de sententia *ῥῖψις* p 244 a 21 demum eis dictis quae iam antea attuli agitur.

246 a 1: Cap. 3.

ὥστ' εἰ κατὰ μὲν τὸ σχῆμα καὶ τὴν μορφὴν οὐ λέγεται τὸ γεγονὸς ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ σχῆμα, κατὰ δὲ τὰ πάθη καὶ τὰς ἀλλοιώσεις λέγεται, φανερὸν ὅτι οὐκ ἂν εἶεν αἱ γενέσεις αὗται ἀλλοιώσεις. ἔτι δὲ καὶ εἰπεῖν οὕτως ἄτοπον ἂν δόξειεν, ἠλλοιῶσθαι τὸν ἄνθρωπον ἢ τὴν οἰκίαν ἢ ἄλλο ὁτιοῦν γεγενημένων.

246 a 22:

ἐπεὶ οὖν ἐξ οὗ μὲν ἡ μορφὴ καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ γεγονὸς ὁμωνύμως οὐ λέγεται τοῖς ἐξ ἐκείνου σχήμασι, τὸ δ' ἀλλοιούμενον τοῖς πάθεσιν ὁμωνύμως λέγεται, φανερὸν ὡς ἐν μόνοις τοῖς αἰσθητοῖς ἡ ἀλλοίωσις. ἔτι δὲ καὶ ἄλλως ἄτοπον. τὸ γὰρ λέγειν τὸν ἄνθρωπον ἠλλοιῶσθαι ἢ τὴν οἰκίαν λαβοῦσαν τέλος γελοῖον.

247 a 9:

αἱ μὲν οὖν ἐν τῇ πράξει κατὰ τὴν αἴσθησίν εἰσιν, ὥσθ' ὑπ' αἰσθητικοῦ τινὸς κινεῖσθαι, αἱ δ' ἐν τῇ μνήμῃ καὶ ἐν τῇ ἐλπίδι ὑπὸ ταύτης. ἢ γὰρ οἷα ἔπαθον μεμνημένοι ἥδονται, ἢ ἐλπίζοντες οἷα μέλλουσιν.

247 a 25:

εἰ μὲν οὖν κατ' ἐνέργειαν, αἴσθησις τὸ αἴτιον, εἰ δὲ διὰ μνήμην ἢ δι' ἐλπίδα, ἀπὸ ταύτης. ἢ γὰρ οἷα ἐπάθομεν μεμνημένοις τὸ τῆς ἡδονῆς ἢ οἷα πεισόμεθα ἐλπίζουσιν.

247 b 13:

ἔτι δ' ὥσπερ ὅταν ἐκ τοῦ μεθύειν ἢ καθεύδειν ἢ νοσεῖν εἰς τἀναντία μεταστῇ τις, οὔ φαμεν ἐπιστήμονα γεγονέναι πάλιν καίτοι ἀδύνατος ἦν τῇ ἐπιστήμῃ χρῆσθαι πρότερον.

247 b 24:

καθάπερ οὖν ὅταν καθεύδων ἐγερθῇ τις ἢ μεθύων παύσηται ἢ νοσῶν καταστῇ, γέγονεν ἐπιστήμων. καίτοι πρότερον οὐκ ἐδύνατο χρῆσθαι.

Formae α Simplicius laudat quartam fere partem (octingentas voces). itaque etiam de amplis saepe locis quaerere possumus, utrum congruant cum nostris codd. necne[1], et semper consentiunt his exceptis:[2]

1. Simplic. 1049, 1; 1051, 10: *ἅπαν δὴ τὸ φερόμενον ἢ αὐτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ κινεῖται.* '*αὐτὸ*', quod β quoque habet, in α deest, sed omissum mihi videtur; itaque inserendam puto vocem quamvis parvam neque tamen levem.

2. Simplic. 1054, 7, 27: *ὅταν θάττων ἡ κίνησις ᾖ τῆς χωριζούσης ἀπ' ἀλλήλων τὰ συνεχῆ.* Arist. 244 a 9 habet α: *ὅταν θᾶττον ἡ κίνησις ᾖ τοῦ ἕλκοντος, ἡ χωρίζουσα ἀπ' ἀλλήλων τὰ συνεχῆ.* diversae ergo sunt a Simplicii dicto voces exempli α.

3. Simpl. 1064, 21: *γίνεσθαι μὲν ἕκαστον* Arist. 246 a 6 legimus in α: *γίνεσθαι μὲν ἴσως ἕκαστον.* Simpl. illud '*ἴσως*' suo in exemplari non habuisse videtur.

---

[1] vel de his: Simpl. 1055,15; 1056,8; 1055,4; 1056,18; 1057,7; 1056,20; 1057,3, 12, 17 hanc exemplaris, quod ante oculos habuit, formam constituere possumus, quibus versibus respondent plane et omnino Arist. 244 a 14, 15; 244 b 1, 3 sqq: *ὁτὲ μὲν γὰρ ἕλκει οὗ ἐστιν ὁτὲ δὲ οὗ ἦν . . . ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς ἄλλο . . . ἢ ἀπ' ἄλλου πρὸς ἑαυτό . . . φανερὸν ὅτι τοῦ κατὰ τόπον κινοῦντος καὶ κινουμένου, οὐδέν ἐστιν μεταξύ . . . ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦ ἀλλοιουμένου καὶ τοῦ ἀλλοιοῦντος . . . ἐν πᾶσι γὰρ συμβαίνει ἅμα εἶναι τὸ ἔσχατον ἀλλοιοῦν καὶ τὸ πρῶτον ἀλλοιούμενον.* et 1058, 15 (Arist. 244 b 5): *ταῦτα γάρ ἐστι πάθη τῆς ὑποκειμένης ποιότητος.* et 1058, 27; 1059, 1 (Arist. 244 b 9): *τῶν ἐμψύχων τά τε μὴ αἰσθητικὰ τῶν μερῶν καὶ τὰς αὐτὰς τὰς αἰσθήσεις . . . ἀλλοιοῦνται γὰρ . . . πῶς καὶ αἱ αἰσθήσεις . . . ἡ κατ' ἐνέργειαν . . . αἴσθησις . . . κίνησίς ἐστι διὰ τοῦ σώματος.*

[2] hoc in opusculo neque id specto, ut quod effectum est Dielesii commentatione 'Zur Textgeschichte der aristotelischen Physik', Abh. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1882 (qui tum de l.l. I—IV tantum explicabat) adhibeam huic libro neque omnino accuratius agam de codicum et lectionum singularium ratione quam necesse est ad originem libri H explicandam.

4. Simpl. 1069, 29: ἢ ὡδὶ παθητικόν.
Arist. 246 b 19 legimus in α: ἢ ὡς δεῖ παθητικόν. unum rectum est quod β quoque habet ὡδί,[1] quod tamen saepenumero in Aristotelis codd. corruptum est, a. e. metaphys. Z 1031 a 10 cod. T mutavit in ὧδ' εἰ, de parte anim. B 2, 649 a 12 legimus οὐ δεῖ, quamquam duobus his locis non simplex exstat ʽὡδί', sed etiam ὡδὶ μέν ὡδὶ δέ ab Aristotele scriptum est. cf. poet. 25, 1461 a 34.

5. Simpl. 1075, 22: τὸ γὰρ χρῆσθαι καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὅμοιον τούτοις.
Arist. 247 b 9: haec tantum verba legimus: καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὅμοιον τούτοις. ʽτὸ γὰρ χρῆσθαι', quod in lemmate Simplicii servatum est, quin in α omissum sit, dubitari non potest, cum paulo ante legamus v. 7: πάλιν δὲ τῆς χρήσεως καὶ τῆς ἐνεργείας οὐκ ἔστι γένεσις.

6. Simpl. 1077, 1: γενέσεως γὰρ οὐδεμία μεταβολή.
Arist. 247 b 12: ὅλως γὰρ οὐδεμιᾶς μεταβολῆς (sc. γένεσίς ἐστιν). diversa sunt Simplicii dicta et α.

De iis sententiis, quas attuli secundo et sexto loco, liceat mihi postea loqui.[2] iam nunc videmus, etiamsi non ostendere possemus, quomodo discrepantiae eae ortae essent, et eo coerceremur, ut hoc unum tantum diceremus: iam Simplicii temporibus easdem illas varias lectiones fuisse, videmus, dico, nos eas iure excipere posse et dicere: congruere inter se Simplicii Aristot. codd. exemplum α.

De forma β Simplicius exhibet tres tantum locos, qui etsi sunt ampliores plane congruunt, cum Aristot. codd. exemplo β, sc. eos, quibus huius formae lectionem putet in librum α, quem unum interpretatur, recte intelligendum vel corrigendum alicuius esse momenti, — quod nos opinor omnes dolemus, tamen, si meminerimus omnibus aliis quoque prioris libri partis locis tantas diversitates cerni, ut non iam plus minusve sinceras lectiones subesse dicamus, sed profecto duas inter se diversas formas traditas esse, nobis nimis suspiciose ii iudicasse viderentur, qui hoc quod nos tenemus exemplum β non idem esse ac τὸν ἕτερον ἕβδομον βιβλίον Simplicii putarent.

Non dixerim plane integras duas formas servatas esse, immo olim ex altero exemplo in alterum lectiones translatas esse ipse Simplicius dicit (v. Simplic. 1086,23)[3] et omnino illi non

---

[1] non recte iudicat Spengel p. 327.

[2] Constat saepenumero Simplicium verbis ex Aristotele allatis aut addere nonnulla aut demere, ut cum verborum suorum compositione aptius congruerent. hos locos velut Simpl. 1044,6 sq: ἢ et ἐὰν ἢ in Aristot. dicto non legitur. Simpl. sententia 1046,24 „εἴτε τὸ πεπερασμένον μέγεθος εἴτε τὸ ἄπειρον" composita videtur esse duobus Aristotelis locis, sc. 242 b 27 et 33 „εἴτε πεπερασμένον εἴτε ἄπειρον" et „ἢ τὸ πεπερασμένον ἢ τὸ ἄπειρον"), quibus nihil concludi possit, omisi. si dubites, videas Simpl. 1065,5, quo loco Aristot. dictum quod scriptum et p. 246 a 10 accurate affert, paulo mutatum autem ipse lemmate 1064,26. altero enim loco dicit οὔτε altero οὐδέ. deridiculum fortasse videtur esse quod dico, tamen opus est, cum Shute has res non respexerit.

pauca etiam dicam de alio loco: 245 a 5 legimus: τῷ μὲν γὰρ συνεχὴς ὁ ἀήρ, τῷ δ' ἀέρι τὸ σῶμα et eandem fere sententiam in β p. 245 a 22: τῷ μὲν γὰρ ὁ ἀὴρ συνεχής, τῷ δ' ἀέρι συνάπτει τὸ σῶμα. Simpl. autem scripsit p. 1060,3: τῷ μὲν γὰρ αἰσθητῷ, φησί τῷ ἀλλοιοῦντι συνεχής ἐστιν ὁ ἀήρ, τῷ δὲ ἀέρι τὸ σῶμα τὸ ἀλλοιούμενον. fortasse nobis putandum est hoc loco Simplicium non ad verbum Aristotelis dictum transscripsisse et hoc modo commentatoris sententia est explicanda: τῷ μὲν γὰρ sc. τῷ αἰσθητῷ... sed mihi quidem multo verisimilius videtur esse illud αἰσθητῷ excidisse in Aristotelis codicibus. nam verba, qua forma invenimus scripta in α et β, recta esse negem. sententiae τῷ μὲν necesse est respondere τῷ δὲ tantum, neque tamen τῷ δ' ἀέρι. iam antiquis temporibus hoc dictum a compluribus parum recte est intellectum et Themistius p. 205,4 coniecit: τῷ μὲν γὰρ πυρὶ συνεχὴς ὁ ἀήρ (quam sequitur Philoponus ed. Vitelli p. 875,29: τὸ πῦρ πόρρω κείμενον ἀλλοιοῖ τὸν ἀέρα. non errare me puto, si usum esse Themistium hoc in emendando loco Aristotelis Meteorol. A,3,341 a 3 arbitror, quo legimus ‚τὸ μὲν γὰρ πῦρ τῷ ἄνω στοιχείῳ, τῷ δὲ πυρὶ ὁ ἀὴρ συνεχής ἐστιν.' (similem insignem atque singularem coniecturam commentatorum servatam habemus apud Simplic. p. 1085,26, qui pro οἶνος scripsit ὄξος. cf. Aristot. 248 b 8.) sed quaerat quis, quomodo sit factum, ut et in α et in β excideret vox „αἰσθητῷ", et puto primum quidem excidisse vocem in altero exemplo, deinde autem, cum Aristotelis singulos codices inter se adeo comparatos esse constet ut nullius ceterorum scriptorum, a nescio quo in altero quoque exemplari erasam.

[3] Quod non mirum est et omnes concedent. sed ut stultum est has res negare (ipse de cap. alterius fine ut exemplo utar ita iudico: in a primitus scriptum erat ut iam nunc: φανερὸν οὖν ὅτι τοῦ κινουμένου καὶ τοῦ κινοῦντος πρώτου καὶ ἐσχάτου πρὸς τὸ κινούμενον οὐδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον. in β: φανερὸν δὴ ὡς τοῦ κινοῦντος ἐσχάτου καὶ τοῦ κινουμένου πρώτου οὐθέν ἐστι μεταξύ. deinde inscius quidam et ignarus exempla comparavit et hoc modo lectiones miscuit, ut scriberet quod nobis servatum est in β: φανερὸν δὴ ὡς τοῦ κινοῦντος ἐσχάτου καὶ τοῦ κινουμένου πρώτου οὐθέν ἐστι μεταξύ, ἀνὰ μέσον τοῦ τε κινοῦντος καὶ τοῦ κινουμένου), ita absurdum quoque esse puto, si quis his ex pusillis rebus velit concludere media aetate omnia adeo confusa atque perturbata esse, ut his quidem temporibus non iam discerni possit inter duas formas.

solum duos sed plures libros ante oculos fuisse non paucis locis concludi potest, quibus et lectiones a nostris diversas afferat et exempla diversa commemoret (v. 1051,7 de *ἑτέρῳ ἑβδ. βιβλίῳ* dicit *ἐν οἷς ἔγνων* sc. *βιβλίοις* cf. 1054,28; 1056,15). haec autem erant exempla (*ἀντίγραφα*) illorum qui inter se discrepabant textuum *α* et *β*. sed hae duae formae, quas semper easdem dicit ille, nisi certam addit notam, dubium esse non potest, quin optima fuerint omnium, quae nancisci posset.

Ex Simplicii vero libro intellegimus illam diversitatem formarum tum patuisse per totum septimum librum. et si meminerimus codd. quosdam in priore libri parte *α*, alios *β* similes esse, intelligemus, cur Shutius putaverit his in codd. etiam libri alterius partis formam *β* esse traditam, in illis *α*; probabimus quod perscrutatus est codd. ABCD, ut cognosceret, num verum esset quod opinaretur. accedit ut eius libri partis quam legimus a p. 241 b 24 usque ad p. 243 a 12, forma *α* ante Shutium cognitus fuerit tantum ex Morellii cod. (D) et Shutius viderit illud exemplum etiam codd. ABCD traditum esse. itaque cum parvulas quasdam discrepantias his in codd. exstare a forma cod. E data observasset, statim conclusit eas lectiones codd. ABCD, quae non congruerent cum cod. E, esse reliquias exempli *α*. quod nullo loco probari potest. praeterea intellegi omnino non potest, quomodo in has optimorum codd. partes reliquiae tantum pervenerint libri *α*. neque enim interpolati sunt alterius formae lectionibus nostri codices, sed aut dant alteram formam toti libro aut aliis in partibus *α*, in aliis *β*. sed ut antea fecimus nunc quoque Simplicium iudicem adhibeamus atque videamus, num quid ex iis sententiis, quas attulit ex Aristotele, concludi possit. omnes locos, quibus consentiunt (et sescentas fere voces Simpl. affert his in capp.) Shutiani cum Bekkerianis, praeteribo.[1] his paucis locis varietates et eas exiguas invenimus:

Simplicius.	Bekkeriani	Shutiani.
1084,21: *τὸ μὲν…τὴν Β διελήλυθε*	248 a 25: *τὸ μὲν τὴν Β διῆλθε*	*τὸ μὲν τὴν Β διελήλυθε*

apparet Shut. rectam vocem tradere, '*διῆλθε*' autem corruptum esse ex *διελήλυθε* facile potest intelligi.

1084, 29: *τοῦ κύκλου δίεισι*	248 b 3: *τοῦ κύκλου τὸ ἴσον δίεισι*	*τοῦ κύκλου τὸ ἴσον δίεισι*

hoc loco ad verbum, ut ipse dicit, transcribit interpres. itaque grave est, quod omittit, illud '*τὸ ἴσον*'. vide, quod ad v. 249 b 17 dicam.

1085, 15: in lemmate: *ἀλλ' ὅσα μὴ ὁμώνυμα, ἅπαντα συμβλητά.* 1086, 20: *ἰστέον δὲ ὅτι ἡ γραφὴ τοῦ ῥητοῦ τούτου διάφορος φέρεται, ὅπου μὲν ἀλλ' ὅσα μὴ ὁμώνυμα, ἅπαντα συμβλητά, … ὅπου δὲ ἀλλ' ὅσα μὴ συνώνυμα ἅπαντα ἀσύμβλητα. τινὲςδὲ τὴν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἑβδόμῳ βιβλίῳ γραφὴν ἐνταῦθα μετατεθείκασιν ἔχουσαν οὕτω· ἀλλὰ ἆρά γε ὅσα μὴ ὁμώνυμα ἅπαντα συμβλητά.*	248 b 6: *ἀλλ' ὅσα μὴ ὁμώνυμα, πάντα συμβλητά.*	*ἀλλ' ὅσα μὴ συνώνυμα, ἅπαντα ἀσύμβλητα.*

ea lectio, quam formae *β* fuisse Simplicius dicit, omnino non exstat. utramque autem lectionem — et eam, quam Bekkeriani, et eam, quam Shutiani tradunt — iam Simplicius cognovit et iam illis temporibus erant exempli *α*. ad eam lectionem, quam commentator laudat primo loco, quae nobis quidem tradita est in codd. Bekk., Simpl. addit: *ὡς καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἔγραφεν.* Shute, qui non respexit voces „*ἀλλὰ ἆρά γε*“, hoc loco dicit[2] „the first and third reading are

[1] praeteribo eos quoque locos, quibus varietates habeamus tam pusillas (a. e. Simpl. *ἀρτίως*, Bkk. et Shut: *ἄρτι*. vel Bkk.: *ἴσην εὐθεῖαν εἶναι*, Simpl. et Shut: *ἴσην εἶναι εὐθεῖαν*. vel Shut: *γράφιον*, Bkk. et Simpl.: *γραφεῖον*), ut nemo sit quin statim intelligat, qua re orta sit diversitas, ac ne Shutius quidem eas respiciat.

[2] History of the Aristotelian writings p. 122.

really identical“ et concludit „we have some reason for doubting whether the distinction between the first and second texts of this book was so sharply drawn in the days of Alexander as it was at the time of the commentary of Simplicius“.[1] quod quo iure dicat, intelligere non possum.

1088,21: *ὅτι πολύ … τὸ τοσοῦτον καὶ ἔτι*	248ᵇ17: *ὅτι τὸ πολὺ τὸ τοσοῦτον καὶ ἔτι*	*ὅτι πολὺ τοσοῦτον καὶ ἔτι* A *τὸ τοσοῦτον* BCD

hoc de loco postea loquemur.

1096,2: *οὐ τὸ τυχὸν τοῦ τυχόντος δεκτικόν, ἀλλ' ἓν ἑνὸς τὸ πρῶτον*	249ᵃ2: *δεκτικὸν οὐ τὸ τυχόν ἐστιν, ἀλλ' ἓν ἑνὸς τὸ πρῶτον*	*δεκτικὸν οὐ τὸ τυχὸν οὐ δεκτικόν ἐστιν, ἀλλ' ἑνὸς τὸ πρῶτον* sic ABC; *οὐ δεκτικόν* om. D.

Shutiani Simplicii et codicis E *ἓν* omittunt, omnes Aristotelis codices omittunt *τοῦ τυχόντος*. haec autem ac talia semper Shute neglexit, ut etiam hunc qui sequitur locum:

1091,8: *μὴ ἔχειν διαφοράν, μήτε ὃ μήτε ἐν οἷς*	249ᵃ4: *μὴ ἔχειν διαφοράν, μήτε ὃ μήτ' ἐν ᾧ*	*μὴ ἔχειν διαφοράν, μήτε ὃ μήτε ἐν ᾧ*

vox *οἷς*, quam habent Aristotelis codices mutatam in *ᾧ*, a Simplicio repetitur 1091,10: *τὸ δὲ „ἐν οἷς“*.

1092,29: *ὁ μὲν γὰρ χρόνος ὁ αὐτὸς …* 1092,32: *ἂν δὲ τῷ εἴδει ᾖ ἄλλα … κατ' ἐκεῖνα εἴδει διαφέρει . .* 1093,3: *ὁ δὲ Ἀλέξανδρος εὑρὼν γεγραμμένον ἂν δὲ τῷ εἴδει ᾖ, καὶ ἐπ' ἐκεῖνα εἴδει διαφέρει ἐλλείπειν φησὶ τῷ ἂν δὲ τῷ εἴδει ᾖ τὸ ‚ἕτερα'. ἐγὼ μέντοι ἐν διαφόροις ἀντιγράφοις οὕτως ηὗρον τὴν γραφήν· ἂν δὲ τῷ εἴδει ᾖ ἄλλα, καὶ ἐκεῖνα εἴδει διαφέρει. Καὶ ἄλλην δὲ γραφὴν φέρεσθαί φησιν ὁ Ἀλέξανδρος ἔχουσαν οὕτως· ὁ μὲν γὰρ χρόνος ὁ αὐτὸς ἀεὶ ἄτομος τῷ εἴδει. ᾖ ἅμα κἀκεῖνα εἴδει διαφέρει. ἀλλὰ τὴν μὲν γραφὴν ταύτην ἐκ τοῦ ἑτέρου ἑβδόμου βιβλίου ἐνταῦθά τις μετατέθεικε . .*	249ᵃ15: *ὁ μὲν γὰρ χρόνος ἀεὶ ἄτομος. ἂν δὲ τῷ εἴδει ᾖ ἄλλα, ἐκεῖνα εἴδει διαφέρει.*	*ὁ μὲν* (*γὰρ* BCD) *χρόνος αὐτὸς ἀεὶ ἄτομος τῷ εἴδει. ᾖ ἅμα κἀκεῖνα εἴδει διαφέρει*

Simplicium librum ante oculos habuisse, in quo hoc quidem loco eadem scripta esset sententia quae codice E tradita est, apparet. nam dubitari non potest, quin *καὶ* corruptum sit ex *κατ'* vocesque *ὁ αὐτός* librarii errore sint omissae (etsi Shute ita sentit: In this case the best reading known to Simplicius, and perhaps to Alexander, differs widely from either of these readings. There is no trace of the reading of the Berlin text). Simpl. utrum habuerit *ἀεὶ ἄτομος* necne, ex commentariis intelligi non potest, sed Alexandrum habuisse constat. dixerit quis Simplicium illas voces non habuisse, quod afferet diligenter Alexandri lectionem p. 1093, 9 *ὁ μὲν γὰρ — διαφέρει*, vocesque p. 1092, 29 allatas omnes esse, quas invenisset suo in libro, quod mihi non videtur verisimile esse voce *ὢν* posita. illud autem repellitur locis Simplicianis non paucis, quibus ut diversas lectiones afferat, non solum voces singulas, quibus non congruant formae, neque duas neque tres, sed totam sententiam memoret. Shutianorum autem lectionem *ὃ μὴ* —

[1] Anecdota Oxon. 1882 p. 160.

διαφέρει illius exempli quod diximus *β* esse plane àpparet ex Simpl. 1093,9, qua re sane non concludamus Shutianos dare communiter *β* neque tamen obliviscamur cod. E hoc loco dare formae *α* lectionem, Shut. autem *β*.

Shute haec pronuntiavit: ... there is another reading which occurs in one Ms. of Bekk. (F) and the tree Paris Mss. which Simpl. tells us is quoted by Alexander as a variant (Simpl. 1093, 9). Now having quoted this readings as one of those known to Alexander, Simpl. adds. *ἀλλὰ τὴν . . μετατέθειχε.* from this remark of Simpl. we may certainly infer that Alex. considers this as a variant of the textus receptus, or, as Simpl. would say, of the first text. (history etc. p. 122) et (Anecd. Oxon. p. 161): Alexander himself was apparently unaware of its doubiful origin (sc. lectiones, quas legimus Simpl. 1093, 9.). But is this not rather a proof of the supposition, that the distinction between the two text is not so precise in the time of Alexander as in that of Simplicius? quid his dictis respondeam nescio, sed nemo opinor concedet iure conclusisse Shutium quae attuli.

1094, 21; 1095, 1, 19, 20, 23: *ὅτι δὲ ἐὰν δὶ οὔ, οἷον εἰ πόδες, βάδισις . . . ἢ οὔ, ἀλλὰ τοῖς σχήμασιν ἢ φορὰ ἄλλη . . . τὰ ἐν ἴσῳ χρόνῳ τὸ αὐτὸ . . . κινούμενα . . . ἀδιάφορον εἴδει καὶ τῇ κινήσει ἀδιάφορον.*	249ᵃ 17: *ἔτι δ' ἐὰν ᾧ, οἷον εἰ πόδες, βάδισις, εἰ πτέρυγες, πτῆσις . ἢ οὔ, ἀλλὰ τοῖς σχήμασιν ἢ φορὰ ἄλλη, ὥστε τὰ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ταὐτὸ μέγεθος κινούμενα ἰσοταχῆ. τὸ αὐτὸ δὲ ἀδιάφορον εἴδει καὶ κινήσει ἀδιάφορον.*	*ὅτε δ' ἐν ᾧ οὐ ἀλλὰ τοῖς σχήμασιν ἢ φορὰ ἄλλη, ὥστε τὰ ἐν ἴσῳ ταὐτὸ μέγεθος κινούμενα (ἰσοταχῆ* D). *τὸ αὐτὸ δὲ τὸ ἀδιάφορον εἴδει.*

hoc unum apparet codicis E voces non minus quam Shutianos cum Simplicio congruere, immo ut opinor aptius. hoc loco vel uno (ut et Shutii et Bekkeri codicibus voces traditae hoc loco plane corruptae sint) apparet utrosque codices referendos esse in unum antiquum exemplum, scilicet *α*, non in duo, Shutiani autem hoc loc non solum singulas voces mutatas habent ut Bekkeriani, sed totam unam sententiam omiserunt.

1098,32: *ἔστω . . . ἰσοταχὲς . . . τὸ τὸ αὐτὸ μεταβάλλειν ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ*	249ᵇ 4: *ἔστω ἰσοταχὲς τὸ ἐν ἴσῳ χρόνῳ τὸ αὐτὸ μεταβάλλειν*	*ἔστω τὸ* (om. BC) *τὸ αὐτὸ μεταβάλλειν ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἰσοταχές.*

si Shutio concedimus hoc loco transscripsisse Simplicium Aristotelis verba, non video, qua de causa aptius congruant Shutiani cum Simpl. quam Bekkeriani. *ἰσοταχὲς* iuxta *ἔστω* positum est in Bkk. et Spl., non in Shut., *τὸ αὐτὸ* iuxta *τὸ* positum est in Simpl. et duobus Shutii codd., non in Bekk.

Omnibus aliis locis (et toto cap. 5), quibus laudatur Aristoteles, congruunt exempla cum Simplicii libro. itaque pro numero eorum locorum, qui omnino afferuntur, perpaucae ut omnes concedent discrepantiae inveniuntur et videmus ex iis sententiis concludi non posse in Bekkeri codd. reliquias exsistere *τοῦ ἑτέρου ἑβδόμου βιβλιόυ.* sed quamquam permultos capp. duorum — inprimis quarti — locos affert commentator, tamen magna pars relinquitur, quam adhuc neque respeximus neque invenias apud Simplicium. itaque fieri fortasse potest, ut in hac quidem parte discrepantias inveniamus, quibus Bekkeri aut Shutii codd. reliquias formae *β* traditas esse appareat. sed dixerit quis locis minime paucis eorum, quibus etsi non attuli eos Simplicius laudat philosophi dicta, non congruere inter se Bekkeri et Shutii codices neque esse discrepantias tam exiguas quam putarem equidem; neque enim solum in alterius libris aut omissus saepe est aut additus articulus praecipue ad litteras *Α*, *Β*, *Γ*, *Δ*, *Ε* etc. (profecto ex talibus quoque levissimis rebus collegit Shute), sed etiam definitiones quaedam ut *βάρος*, *δύναμις*, *μῆκος* modo in altero modo in altero libro desunt, et compluribus locis ne ordo quidem vocabulorum in utroque exemplo plane idem est. cui respondendum est consulto me neglexisse illos locos, utpote quorum lectiones varias librariis esse dandas appareat. neque solum in Bekkerianis, sed in Shutianis quoque voces quas dixi omissas esse, sed etiam, quod grave est, additas esse in Shutianis dilucide (a. e. 250ᵃ 12: Simpl. et Bekk.: *εἰ δὴ τὸ Α τὴν τὸ Β*. Shut.: *εἰ δὴ τὸ Α δύναμις τὴν τὸ Β*), quod facile intelligi potest quovis loco. librariorum diligentiores ad omne *Α* et articulum et definitionem adscribebant, etiam tum, cum non exsisteret in propositis, ii autem, qui minus curae adhibuerunt in conscribendo codice, saepe omittebant illas voces. et codicibus saepius descriptis his quidem temporibus nemo opinor eligere potest eos locos, quibus primitus positus fuerit A,

quibus *τὸ Α.*[1] neque quisquam hac de re ex Simplicii libro concludi potest. nam quamquam saepius addit articulum et finitiones ad litteras, tamen haud paucis locis, quibus habeant Shutiani voces illas, omittit (250a11: Bkk. et Shut.: *Ε τὸ διπλάσιον*, Spl.: *Ε διπλάσιον*). idem dicendum est de ordine vocabulorum. concedo interdum Bkk. codices neque cum Simpl. neque cum Shutianis ordine congruere, neque tamen vidit Shute suos quoque codices hac re compluribus locis discrepare a Simplicio (quantuli momenti sint hae varietates, cognoscas p. 249a31: Simpl.: *τὸν μὲν ταχέως ἰαθῆναι, τὸν δὲ βραδέως*. Bkk.: *τὸν μὲν ταχύ, τὸν δὲ βραδέως ἰαθῆναι*. Shut.: *τὸν μὲν ταχέως, τὸν δε βραδέως ἰαθῆναι*). et horum quoque locorum causam discrepantiarum in librarios confero.

Quamquam effectum esse puto, ut nihil iam probabilitatis habeat Shutii sententia, tamen concedamus fortasse in aliis partibus locos inveniri posse, quibus Shutium recte iudicavisse probari possit. itaque etiam eos locos omnes afferam, quos Simpl. non laudat, quibus non congruant inter se utrique codices.

Bkk.	Shut.
248a12: *ἴση εὐθεία*	*εὐθεία ἴση*
248a16: *ἐν ἴσῳ ἴσον κινηθῇ*	*ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἴσον κινηθῇ*
248a19: *ἄτοπόν τε γάρ*	*ἄτοπον γάρ*
248a21: *ὥσπερ εἰ κάταντες, τὸ δ' ἄναντες ἔτι οὐδὲν διαφέρει οὐδ' ἐν τῷ λόγῳ*	*ὥσπερ ἂν εἰ τὸ μὲν κάταντες, τὸ δ' ἄναντες. ἔτι δὲ* (*οὐδὲ* BC) *διαφέρει οὐδὲν τῷ λόγῳ*
248a23: *φήσειεν*	*φησίν*
248b8: *ὅτι*	*ὅτι γάρ*
248b18: voces omissae sunt	*καὶ τὸ διπλάσιον τόσου*
248b19: *ἔτυχεν εὐθὺς*	*εὐθὺς ἔτυχεν*
248b25: *ἐν ἄλλῳ*	*ἄλλῳ*
249a2: *ἀλλ' ἄλλο ἐν ἄλλῳ*	ABC: *ἐν ἄλλῳ*. D: *ἀλλ' ἐν ἄλλῳ*
249a7: *ἀλλ' ᾗ χρῶμα*	ABC omittunt
249a9: *εἰ δὴ*	omittunt
249a13: *ἡ εὐθεία*	*ἄρα ἡ εὐθεία*
249a23: *τε*	*δέ*
249a26: *ἐὰν ταὐτὸ ἐν ἄλλῳ, ἢ ἂν ἄλλο ἐν ἄλλῳ*	*ἂν ταὐτὸ ᾖ ἐν ἄλλῳ ἢ ἂν ἄλλο ὂν ἓν ἄλλῳ*
249a28: *ἢ ὅτι ὅλως*	Sh. non habent
249a29: *ἔσται*	Sh. non habent
249b1: *ἔσται*	*ἔσται*
249b2: *οὐκ ἔσται*	*οὐκέτι ἔστιν*
249b6: *ὅτι ὑγίεια*	*ὅτι ἡ ὑγίεια*
249b10: *αἱ φοραί*	*ἡ φορά*
249b11: *ληπτέον*	*λεκτέον*
249b22: *ἀνίσῳ*	*ἴσῳ*
249b27: *τι ἀεί*	*ἀεί τι*
250a2: *τὸ ἥμισυ τοῦ Β διπλασίαν τῆς Γ κινήσει*	*τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ Β βάρους τὸ Ζ διπλασίαν τῆς Γ τοῦ μήκους κινήσει*

Bkk.	Shut.
250a3: *τὸ Γ ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ Δ*	*τοῦ Γ ἡ αὐτὴ ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ Δ χρόνου τῷ Η*
250a4: *καὶ εἰ...δύναμις τὸ αὐτὸ ἐν τῳδὶ τῷ χρόνῳ τοσήνδε κινεῖ καὶ τὴν ἡμίσειαν ἐν τῷ ἡμίσει καὶ ἡ ἡμίσεια ἰσχὺς τὸ ἡμίσυ κινήσει ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ τὸ ἴσον. οἷον τῆς Α δυνάμεως ἔστω ἡμίσεια ἡ τὸ Ε καὶ τοῦ Β τὸ Ζ ἥμισυ*	*εἰ... δύναμις ἡ Α τὸ αὐτὸ τὸ Β ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ τῷ Δ τοσήνδε κινεῖ τὴν Γ καὶ τὴν ἡμίσειαν τῆς Γ ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ Δ χρόνου. καὶ ἡ ἡμίσεια ἰσχὺς τῆς Α τὸ ἥμισυ κινήσει τοῦ Β βάρους τὸ Ζ ἥμισυ*
250a9: *τὸ βάρος ὥστε*	*τὸ βάρος ὡς ἡ Α πρὸς τὸ Β, ἢ Ε πρὸς τὸ Ζ ὥστε*
250a10: *ἐν τῷ Δ τὴν Γ..ἐν τῷ ἴσῳ*	*ἐν τῷ Δ χρόνῳ τὴν Γ τὸ μῆκος..ἐν ἴσῳ χρόνῳ*
250a11: *τοῦ Ζ*	*τοῦ Ζ βάρους*
250a12: *τὸ Α*	*τὸ Α δύναμις*
250a12: *ἐν τῷ Δ ὅσην ἡ*	*ἐν τῷ Δ χρόνῳ ὅσην*
250a13: *τὸ ἐφ' ᾧ*	*ἐφ' ᾧ*
250a14: *ἐφ' ᾧ*	*ἐφ' οὗ*
250a14: *ἢ ἀνάλογον πρός*	*ἀνάλογον περί*
250a16: *εἰ ἡ*	*εἰ*
250a17: *οὐ κινήσει*	*κινήσει*
250a18: *ἧτε τῶν*	*ἡ τῶν*
250a19: *διὰ*	*καὶ διὰ*
250a22: *ἐμπεσών*	*πεσών*
250a25: *δύο, ἑκάτερον δὲ*	*δύο καὶ ἑκάτερον.*
250a27: *βαρῶν*	*Α*: *μερῶν*
250b2: *τὸ δ'*	*καὶ τὸ*
250b4: *ἢ*	*ἢ τὸ*
250b4: *ἐν τῷ*	*ἐν*

Quibus locis inter se collatis manifestum fit sane praeter illas parvulas quas iam cognovimus discrepantias etiam alias paulo graviores exstare, quas tamen in omnibus antiquorum

[1] cf. Aristot. p. 250a5—15, Simpl. p. 1102,27; 1105,7; 1106,1,6; 1108,10.

sriptorum libris inveniri nemo est qui neget. ac ne una quidem voce diiudicari potest, num altera codicum classe reliquiae teneantur illius exempli *β*. sed cum Shute sibi plane diversam sententiam persuaserit, cum dicat: „the fourth chapter, as to which, I think, our iustances show sufficiently that the text of these four Mss. represents an older and more consistend family than that of the Berlin edition“, nobis ei loci, quibus ad opinionem suam perductus sit, spectandi sunt[1]:

248 b 17 (cf. mea p. 8,4 et p. 10,25): Shute apparere dicit Simplicium Shutianorum lectionem ante oculos habuisse. quod quo iure dicat, nescio. nam etsi Shut. habent *πολύ*, Bekk. *τὸ πολύ*, nihil tribuendum esse iam vidimus talibus discrepantiis. sed oritur varietas codicum post *καὶ ἔτι* demum. qua re cognosci potest Simplicium habuisse illud „*καὶ τὸ διπλάσιον τόσου*“.

248 b 24: Simpl. et Shutiani habent *κατὰ τὸ μέγεθος*, Bkk. *κατὰ μέγεθος*. colligat locos Shute, quibus omiserint articulum Shutiani.

249 b 14: hoc loco afferri non potest, cum Shute confundat Sht. et Bkk. si vero eam viam quam alias Shute ingrederemur, pronuntiaremus Bkk. et Simpl. habere *ἡ αὐτὴ μὲν*, Shut. *εἰ αὐτὴ μὲν*.

249 b 22: dubitandum non est, quin sit corruptum in *E* *ἀνίσῳ* ex *ἴσῳ*, quod facile intelligi potest, cum positum fuerit iuxta *ἐν* pauloque ante legatur *ἄνισον*. quod ex eo, ut omissum sit *ἕτερον* in *E*, concludit, videat, quoties Shutianorum modo A, modo B et C et D non unam tantam, sed complures voces omittant. praeterea hoc loco non solum Shutiani, sed omnes alii codices praeter unum rectam servaverunt lectionem.

250 a 22: optimo iure dicit Shute *πεσών* rectius esse scriptum quam *ἐμπεσών*, neque tamen videt hanc vocem corruptam ortam esse ex *ἐκίνησεν πεσών*.

Ergo cognovimus ne una quidem voce probari posse Shutii sententiam. cum haec constent atque nos quidem compluribus locis allatis perducti simus, ut utrosque codices in capp. 4 et 5 redire ad unum archetypum arbitremur, Spengelii sententiam teneamus et censeamus in prioribus tantum capitibus 1—3 formam *β* nobis traditam esse.

Quaerendum nunc nobis est, quid sibi velit duplex illa libri forma; itaque primum videamus, quam ad memoriam pertineant duo quae Simplicii iam temporibus exstabant exempla. nonne ratio inveniri potest, qua intelligamus, quae fuerit exempli *β* forma ante commentatoris illius tempora? quod etsi admodum facile est responsu, tamen de hac quoque re Shute longam fecit orationem, qua denuo quidem nobis mora afferatur. tamen etiam hoc modo progressuros nos esse spero. Shute hoc dicit: „I think therefore there can on the whole be no doubt that neither text is Aristotelian“ et postquam Spengelii sententiam, quam hic doctissimus vir ipse vixdum pronuntiatum iam revocaverat, sc. esse *β* Eudemi Physica, non Aristotelis, rursus redarguit, his verbis pergit p. 120: „What then are we to say of the second text? I think we shall be able to fix its date satisfactorily, if only approximately, from the comparison of our present text with the commentary of Simplicius .... p. 121: Now the first and chiefest question for us to discurs is this: had Alexander Aphrodisiensis and his predecessors the same marked distinction between the two texts which we find in Simplicus? The evidence is unfortunately extremely scanty, but I think it is sufficient to enable us to answer this question in the negative“. iam vidimus Shutium nullo iure niti hac in re demonstranda v. v. 248 b 6 sq. et 249 a 15 et quod attuli dictum esse rectum negamus. pergit hoc modo p. 122: „but throughout Simplicius's commentary on this book he never once quotes Alexander as giving any reading as existing in the second text, or as being in fact conscious of the existence of the two texts“. hoc quidem si esset verum, fortasse quis crederet recta esse, quae in Shutii libro sequuntur, sed cum in Simpl. comment. p. 1051,5 legamus: *ἐπειδὴ δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ἐν τῷ ἑτέρῳ ἑβδόμῳ βιβλίῳ τῷ κατὰ τὴν λέξιν ὀλίγον τι τούτου διαφέροντι καὶ τὴν σπάθησιν καὶ τὴν κέρκισιν τῇ ὤσει ὑπάγεσθοι λέγει ...*“, apparet etiam ea, quae Shute ultra concludit, accipi non posse p. 123: „I think we may safely infer from this that either the two texts did not exist separately in the time of Alexander, or, at all events, that. the difference between them was not nearly so marhed as it was in the time of Simplicius. The truth as to the second text at least in this case is. I believe, that the distinction between it and the first arose from the labours of the two rivals schools of commentators whose existence or chief activity is limited to the centuries which separate Alexander from Simplicius. The earlier commentators Alexander, Boethus, Nicolaus, Andronicus find and comment on a single

---

[1] iam tractavi 248 b 1 (*διῆλθε*), 248 b 5 (*ἀλλ' ὅσα μὴ ..*), 249 a 15 (*ὁ μὲν γὰρ χρόνος ...*), 249 a 30 (*ταχύ*), 249 b 4 (*ἔστω ἰσοταχὲς ..*). de 250 a 9 ipse Shute dicit nihil valere hunc locum. restant quos supra scripsi.



text with v large number of variants. If one reading out of these many variants is adopted by one school of the post-Alexandrian commentators, that in itself is an almost sufficient reasin for the other school to adopt some other reading and to argue fiercely in favour of it. As the succession in the two schools is perfectly definite and the antagonisin is continually more marhed, out of merely a collection of variants there grow up two fairly distinct texts, though the distinction is necessarily one merely of form and not in ang way of matter".

Perseveremus ergo in Spengelii dicto, qui pronuntiaverit illam formam *β* iam cognitam fuisse Alexandro Aphrod., neve hoc unum obliviscamur: si altera ex duabus illis formis, quas Alexander habuit, postea gravius commutata esset, profecto Simplicius hoc nobis tradidisset, qui quin in praefatione huius libri omnia, quae ipse sciret hac de re, dixerit non est dubitandum. praeter illos, qui singulas lectiones *ἐκ τοῦ ἑτέρου ἑβδόμου βιβλίου* in formam *α μετατεθείκασιν*, non nego fortasse fuisse, de quibus eadem etiam contra valeant, cum ex exemplo *α* transferrent dicta in alterum librum. qua re tamen potius permovearis ut credas operam dedisse qui legebant et describebant, ut varietatem formarum minuerent, Alexandrique temporibus alterum textum ab altero etiam magis fuisse separatam. sed certi nihil hac de re constat praeter illos perpaucos locos, quibus Simplicius ipse nobis tradat de translatis dictis, et hoc unum tantum firmiter teneamus: illud *μετατεθείκασιν* ad varias paucas lectiones, non ad ampliores sententias pertinere.

Plurimi eorum, qui librum H non totum damnaverunt, dixerunt formam *α* esse Aristotelis ipsius[1], *β* peripatetici cuiusdam; itaque hanc formam nominaverunt paraphrasin. etiam hoc admodum videtur mihi esse falsum, tamen illius sententiae explicatio nobis quaestionem maturabit, nam redarguta illa opinione liberius ac tamquam vinculo soluti de forma *β* poterimus cogitare. etiam Spengelius, quamquam priores qui hac de re scripserunt prorsus refellit[2], tamen fixum tenet illud priorum verbum ‚paraphrasis'.[3] quamquam p. 367 cum ipse dicit ‚warum sollte jenes Buch allein die Ehre erlangt haben, in doppelter Gestalt auftreten zu dürfen?' rectissime et perlucide mihi videtur pronuntiavisse libros, qui duplici forma exstent, potius magni quam parvi pretii habendos esse, tamen exemplum *β* a peripatetico quodam conscriptum dicit idque probare se posse putat. sed omnibus quae affert exemplis, de quibus singillatim agemus, hoc unum apparet: formam *β* minoris esse momenti quam *α*, Aristotelis non esse non apparet. ut exemplum afferam, si *β* nonnullas *φορὰς* inter *ἕξεις* numerat, quae numerandae sunt inter *ὤσεις* et in *α* ibi leguntur, *ἔκπνευσις, πτύσις, ἐκκριτικαί*, vel si in *β* omissum est dictum, de quo Spengel iure dixit Aristotelis rationem in illo ipso intelligi posse, his incuriis eius qui *β* conscripsit effici non potest quod efficiebat Spengel. fortasse hi loci graviter corrupti sunt, fortasse retractati ab ignaro quodam vel rudi. sed quoquo modo res se habet, his dictis non solum non concludi potest *β* esse paraphrasin, immo contrarium apparet. falso illo nomine etiam post Spengelium usi sunt permulti usque ad hunc diem et omnes praeter eos, qui Dielesium secuti sunt, qui primus vere mihi videtur distinxisse ‚recensionem' primam et alteram. primum enim forma *β* multis locis non solum *α* non explicat sed circumit copiosa illa qua utantur *αἱ περιφράσεις* loquacitate, immo est istis multo magis pressa et minuta, sed etiam universus liber *β* septima parte brevior est quam *α*. deinde formae cum saepe multos per versus plane inter se congruunt, tamen subito toto explicandi ordine, dicendi ratione, exemplis, quin etiam sententiarum vi valde differunt. neutra ergo paraphrasis, sed utraque sui iuris est. eadem in sententia Simplicius quoque videtur fuisse, qui *β* appellat *τὸ ἕτερον ἑβδ. βιβλίον*, quo dicto nihil inest iudicii aut honoris, sed, si quid omnino velis concludi, potuis putes leviter iudicari ordinem temporum.

Utraque igitur forma sui iuris est, quod et *α* quibusdam locis plures habet sententias quam *β* et *β* aliis locis plures quam *α*.

Pergam in Indice lectionum anni 1909.

---

[1] sunt quoque qui etiam ex eo quod omnino exstant duae libri formae concludi posse censeant H esse suppositum. cf. Rose p. 200.

[2] cf. Bekkerum ad p. 243 a 11.

[3] p. 318.